Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulaverit in nocte offendit: quia lux non est in eo.

ripuit eos. Unde sequitur. Respondit ihesus. Nonne .xii. hore sunt diei. Ut enim diem se esse ostenderet: .xii. discipulos elegit. In loco autem illo non imminuendam: sed successorem eius prendebant. Iuda enim cadente: successit mathias. et duodenarius numerus mansit. Hore ergo illustrentur a die. et per horarum predicationem credat mundus in diem. Me ergo sequimini si non vultis offendere. Unde subditur. Si quis ambulaverit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulaverit in nocte offenditur: quia lux non est in eo. Crisostomus. Quasi dicat. Qui sibi nichil conscius est nequicie: nichil patietur usuale. Qui vero mala agit: patietur. Itaque non oportet formidare. Nichil dignum morte gessimus. Vel aliter. Si quis lucem huius mundi videt securus est: multo magis qui mecum est nisi amoverit se a me. Theophilus. Quidam vero hunc diem intelligunt tempus precedens passionem. noctem vero ipsam passionem. Dicit ergo eis. dum dies est. id est dum non dum tempus imminet passionis: non offenderetis. Non enim vos persequuntur iudei. Cum autem nox venerit. passionem meam dico: ex tunc noctem possidebitis angustiarum.

Hec ait. et post hec dicit illis.

Posita Crisostomus. Prima confortatione discipulorum hic alio modo eos confortat. ostendens quod non ierosolimam debent ire.

Lazarus amicus noster dormit. sed vado ut a sompno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine si dormit salvus erit. Dixerat autem ihesus de morte eius. Illi autem putaverunt quod de dormitione sompni diceret. Tunc ergo dixit eis ihesus manifeste.

sed in bethaniam. Unde dicitur. Hec ait. et post hec dicit illis. Lazarus amicus noster dormit. sed vado ut a sompno excitem eum. Quasi dicat. non eo rursus disputaturus contra iudeos: sed amicum excitaturus nostrum. Propter hoc ergo dicit. amicus noster. ut ostendat necessarium suum adventum. Augustinus. Quod autem dixit dormit. ~~manifestat quod dicat~~ verum dixit. domino dormiebat. hominibus mortuus erat. qui eum suscitare non poterant. Nam dominus tanta facilitate excitabat de sepulchro: quanta tu excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem. Sic et apostolus dicit. de dormientibus autem nolo vos ignorare. Dormientes appellavit: quia resurrecturos pronuntiavit. Sed quomodo interest in ipsis qui cotidie dormiunt et exurgunt quid quisque videat in sompnis. alii sentiunt leta sompnia. alii tormenta: Sic unusquisque cum causa sua dormit. cum causa sua surgit. Crisostomus. Discipuli autem impedire volunt eius adventum in iudeam. Unde sequitur. Dixerunt ergo dis-